

7. Nimirum interroga jumenta, et inobediunt te; et volatilia cœli, et indicabunt tibi.

8. Loquere terræ; et respondebit tibi, et narrabunt pisces maris.

9. Quis ignorat quod omnia hæc manus Domini fecerit?

10. In cujus manu anima omnium viventis, et spiritus universæ carnis hominis.

11. Nonne auris verba diduciat, et fauces comedentes, saporem?

12. In antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia.

13. Apud ipsum est sapientia et fortitudo, ipse habet consilium et intelligentiam.

14. Si destruxerit, nemo est qui ædificet; si incluserit hominem, nullus est qui aperiat.

15. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur; et si emiserit eas, subvertent terram.

16. Apud ipsum est fortitudo et sapientia; ipse novit et decipientem, et eum qui decipitur.

17. Adducit consiliarios in stultum finem, et judices in stuporem.

18. Balteum regum dissolvit, et præcingit funes renes eorum.

19. Ducit sacerdotes inglorios, et optimates supplantat;

20. Commutat labium veracium, et doctrinam senum auferens.

21. Effundit despectuonem super principes, eos qui oppressi fuerant, relevans.

22. Qui revelat profunda de tenebris, et producit in lucem umbram mortis.

23. Qui multiplicat gentes et perdit eas, et subversas in integrum restituit.

24. Qui immutat cor principum populi terræ, et decipit eos ut frustra incedant per invium;

25. Palpabunt quasi in tenebris, et non in luce, et errare eos faciet quasi ebrios.

VERS. 1. — RESPONDENS AUTEM JOB DIXIT: — VERS. 2. — ENGO VOS ESTIS SOLI HOMINES, ET VOBISICUM MORIETUR SAPIENTIA (1)? Egerant cum Job tres amici

(1) מִי־הוּא אֲדָמָה בְּכֹחַ הַיָּדָיִם, certum est scilicet: quod vos estis populus, ac veluti universum genus humanum, ut omnis sapientia, que inter homines est reperienda, in vobis solis habitat. Ita Alexandrinus: Εἰς τὴν οὐσίαν τῆς ἀφροσύνης; Sunt qui, populum h. l. multitudinem extraneorum ac servorum opponi putent, ut apud Romanos populi nomen sæpe dignitas quid spirat. Ita Moses Nachmanides, qui מִי־הוּא אֲדָמָה, lectissimos in cuncto populo ac velut et columnæ totius nationis nomine מִי־הוּא vult significari. A. Schulzens: V. vos estis populus ingenuum scilicet: vos liberi et liberaliter eruditi. (ego autem, vel queque similes villis et servilis turba, namerus.) Croniauerus confert: Præstantior et ex-

volucres publicæ sunt dans l'abondance, et qu'ils s'élèvent audacieusement contre Dieu, quoique ce soit lui qui leur ait mis entre les mains tout ce qu'ils possèdent. C'est ce que je vous ai déjà dit, et c'est à quoi si ne vous a pas plus de faire attention. Mais vous éprouvez toute votre sagesse, et vous employez toute votre éloquence à me prouver que Dieu est le maître de toutes choses, et qu'il dispose de tout avec une autorité souveraine, une sagesse et une justice infinie, comme et quelque'un pouvait en douter.

7. Interrogez les animaux, et ils vous enseigneront la même vérité: consultez les oiseaux du ciel, et ils seront sur cela vos maîtres.

8. Parlez à la terre; et elle vous répondra la même chose; et les poissons de la mer vous en instruiront aussi, si vous voulez les interroger.

9. Car qui ignore ce que c'est la puissance de Dieu qui a fait toutes ces choses?

10. Que c'est lui qui tient dans sa main l'âme de tout ce qui a vie, et tous les esprits qui animent la chair des hommes? C'est ce que toutes les créatures nous annoncent, et ce que notre esprit doit aisément concevoir.

11. Car l'oreille ne juge-t-elle pas des paroles, et le palais de ce qui a du goût?

12. La sagesse est de même dans les vieillards, pour leur faire comprendre cette vérité; et la prudence, qui est le fruit de la longue vie, leur est donnée.

13. Pour leur faire connaître que la sagesse et la puissance souveraine est en Dieu, que c'est lui qui possède essentiellement le conseil et l'intelligence.

14. De soris que, s'il déruît, nul ne pourra édifier; s'il tient un homme enfermé, nul ne pourra ouvrir;

15. S'il ruent les rans, tout deviendra sec; et s'il les lâche, elles inonderont la terre, et en changeront toute la face.

16. La force et la sagesse résident en lui; il connaît, et celui qui trompe, et celui qui est occupé.

17. Il fait tomber ceux qui donnent conseil aux autres en des pensées extragantes, dont la fin est malheureuse; et il frappe d'étourdissement les juges, en les privant de sa lumière.

18. Il ôte le bandier aux rois, en les dépouillant de leur autorité; et il ceint leurs reins d'une corde, en les réduisant à la condition des esclaves.

19. Il fait que les pontifes sont privés de leur gloire, et que les grands tombent par terre, et perdent leur dignité.

20. Il fait changer de langage à ceux qui aiment la vérité, en les abandonnant à leurs propres idées; et il retire la science des vieillards, en cessant de les éclairer et de les instruire.

21. Il fait tomber les princes dans le mépris et la confusion, et il relève ceux qui avaient été longtemps opprimés.

22. Il découvre ce qui était caché dans de profondes ténèbres, et il produit au jour l'ombre même de la mort.

23. Il multiplie les nations; et après les avoir élevées au plus haut point de grandeur et de puissance, il les perd ensuite; et il les rétablit de nouveau, après la ruine.

24. Il change, comme il lui plaît, le cœur des princes qui sont établis sur les peuples de la terre; il les trompe, en les livrant à leur sens répréhensif; et il les fait marcher inutilement par des routes égarées, en les abandonnant à la certitude de leurs conseils.

25. Atin n'ont plus conduits par sa sagesse, ils marchent à tâtons parmi les ténèbres, au lieu de marcher dans la lumière du jour; il les fera chanceler à chaque pas, comme un homme qui est ivre.

COMMENTARIUM.

peram officiosè et urbanè et nimis insolenter, quasi ipsi altissimam tenerent aditaturum rerum cognitionem, quam Jobus assecutus non esset; quos ipse subamarè,

quisita parshominum. Sed nullus alius V.T. exstat locus, quo nomen מִי־הוּא tam frequenter obivium, sensu illo nobilior sit capiendum. (Rosenuiller.)

מִי־הוּא אֲדָמָה, certè, vel sent, vel profecto vel recerè, nempe, in vel cum, certitate, scilicet, verè quod, et abnulat; et d.: Profecto scio quod, etc., ut supra, 9. 2. מִי־הוּא אֲדָמָה, ut דָּמָה אֶתְּךָ.

VOS ESTIS SOLI HOMINES? מִי־הוּא אֲדָמָה, vos (snb. estis) populus, ut video, vos estis qualis populus, putatis quod vos sitis populus. Variè hoc explicat: Ut quemdam populi universitas. Vicem totius populi geritis. Spicimen totius orbis estis, sapientia integrum cœtum viventes. Quasi vero ex totius populi sententia re-

licet modestè, reprehendit, docetque quam ipsi tenere se putant scientiam nemini esse ignotam, qui mediocri sit ingenio, et paulo attentius rerum naturas et obvias proprietates considerare volerit; cùm nulla sit creatura, quantumcumque rationis, sensus, imò et vitæ expertis, à quâ homo illa doceri non possit, que illi de se adeò superbiè jactabant. Quamobrem Job tantam amicorum insolentiam, quâ sibi præceteris sapientiam arrogatam, ironicè perstringens: Ergone, inquit, vos soli homines et sapientes? Sicine restricta est sapientia, ut ea vobiscum pariter intritura videatur? Aureum est dictum Salomonis è penu sapientiaè promptum, Prov. 17, 5: Non decent stultum verba composita. Vatablus vertit: Non decet stultum magnificus sermo; Pagninus: Lingua excellens; in Hebræo est, labium excellentia, ubi labium pro sermone ponitur, et significatur oratio plenissima vanitatis, tumor imperite mentis in loquendo, os sublimè ineptorum, lingua (ut poeta loquitur) ventosa, puerilis et illudenda captatio gravitatis et indecoræ majestatis; qualis in Sopharis et aliorum verbis manifestè deprehenditur. Aristoteles, lib. 2 Ethicorum cap. 7, vitium hoc ἀλαζονείαν appellat, hoc est, arrogantiam; et ἀλαζονείαν dicitur arrogans, qui magnificis sermonibus utitur et inanimissimâ pompâ verborum ad mendaciter ac predicanda et sublimis oranda que ad se pertinet. Idem etiam alio loco Philosophus, lib. 4 Ethicorum, cap. 15, ejusmodi gloriosos ostentatores esse vulgò omnibus odiosos animadvertit, quòd ἐπαρηγόριον ἢ ὑπερβολαίαν, hyperbolice illæ orationes, et magnificentiis rem atollentes, graves soleant esse audientibus, et mirum quantum odiosæ. Sanè declarant in loquente paràm inesse judicii, frontis et modestiæ verecunda. Symmachus vir clarissimus, l. 1, epist. 4, elegantissimè: Jactantia, inquit, avara laudis multum decoquit de pudore. Putidum illud est,

sponsa feratis; vel, totam generis humani universitatem scientiaè vestrae adspulante habereis. De communi autem notione, quam natura omnes gentes docuit, vulgò dicitur: Vix populi rex. De! est: Vos non estis, ut vobis persuadetis, populus aliquis excellens. Synecdoche generis, Populus, i. e., electus populi, lectissimos in caneto populo, ac velut columnen totius nationis. Populus, nempe Dei, vel Deo charus, vel in fodere Dei. Solutus populus in cœtum, sive cœtum, cum rege suo veniunt, non item servi. Vide Deut. 9. 10, et 10, 4, et 18, 16. Distinguitur ergò מִי־הוּא אֲדָמָה à מִי־הוּא אֲדָמָה, ut homo ab animalibus. Vide Num. 25, 9; Deut. 52, 21. Alii aliter: Video vos plebem esse vulgus, et idiotas. Non sublimis sapitis quam illi. Vel, ut populus, vanâ scientiaè opinione inbutus. Vos estis viri, vel gentes.

ET VOBISICUM MORIETUR SAPIENTIA? וְכִמְבִיא מְרִיעָה וְכִמְבִיא מְרִיעָה, et vobiscum (vel, quòd vobiscum) morietur (vel, morietura sit), sapientia. Diversimodè exponunt. Morietur vobiscum sapientia vestra, et non erunt qui vobis subscribant. Alii sic: Sapientia vestra infatigata est et corrupta (vide Job. 5. 13, 2. Sam. 13, 51, Isa. 44, 25), perit apud vos et evanescit, et vobiscum morietur, ob vestram stultitiam. Alii sic: Ironicè dictum est: Vos soli sapitis; vobis mortuis, nulla erit ultra sapientia, quia tota in vobis est: Vobis mortuis, actum erit de Ecclesia et populo Dei, nec erit cui divina sapientia revelata sit. (Synopsis.)

alque, ut loquar cum divina Scripturâ, vetus et quodammodo rancidum. Sic enim monet divinum oraculum I Reg. 2, 3: Recedat vetera de ore vestro, quod claris dicitur Septuaginta: Μὴ ἐκδέσθω περιρρηγμένῳ τῶν στίμων; id est, non procedat magniloquentia de ore vestro, quod commutatis verbis ante dixerat: Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. Quod optime quadret in hos amicos Jobi, qui se doctiorem inani verborum fastu deseperant, de doctrinâ theologicâ tanquam sibi propriâ gloriantes: quecirca Jobus eos errati admonet, docetque (quod ad sententiam suam tuendam oportui) non esse certè gloriantium ob ea verba, que vulgò nota sint, sequè non despiciantem, ac si intelligentiâ sapientiæque sint inferior, cùm Dei munere et ingenio polleat et acri ad res discernendas judicio. Unde subdit:

VERS. 5. — ET MIHI EST COR SICUT ET VOBIS, NEC INFERIOR VESTRI SUM: QUIS ENIM HÆC QUE NOTIS IGNORAT (1)? Quod ait: Et mihi est cor, ad intellectum pertinet sapientiâ ornatum. Quæ phrasid Scripture familiaris est, qualis illa de Salomone, 3 Reg. 5, 12: Dedit tibi cor sapiens et intelligens. Hinc etiam vir prudens vulgò cordatus dici solet. Cordatum enim veteres pro solerti et acuto dicebant; et animæ partem rationis participem cor appellari solere dicit Adamantius Origenes, lib. 1 Tractat. apoc. cap. 1. Quò etiam referri potest locus Pauli ad Romanos, cap. 2, v. 15: Qui ostendant opus legis scriptum in cordibus suis. Quis enim putet quod dicitur in corporibus, in membris corporis, quod cor appellatur, tanquam in membrâ aliquâ legem scriptam intelligi? Unde enim caro tantam prudentiâ sensus concipere vel ostentare posset, aut tanta memoriâ receptacula continere? Quin et Theologi nostri, secuti prophetarum dictata, consilium in corde residere dicunt, in eoque agendorum omnium radicem statuunt, docente Domino, Matth. 15, 18, in corde esse quòd cœquivalat hominem. Et ubi mundo corde habent sacræ litteræ, Matth. 5, 8, sinceræ intelligent cogitationes. Eadem ferè ratione, quando

(1) Cor, i. e., sapientia, quam veteres in corde posuerunt. Hinc cordatus, pro sapiente; item excors et recors, pro insipiente.

NEC INFERIOR SEM VESTRI: vel nobis, nempe sapientiâ, Hebr. Non cedo (vel cadens, cadens sum, vel excido), ego à vobis, è dignitate scilicet sapientia. Cadere Hebræis sign. abjectum et contemptum esse, ut Neh. 6, 16. Metaphorâ à luctatoribus, ex quibus qui inferior est viribus à robustiore prosteritur. Fortè hoc vult: Non cedo, lapsus, titubans, magis quam vos; si vos statis, ego sto. Non cedo vobis illa in re. Simplicia verba apud Hebræos habent etiam significacionem compositorum, ut hic pro deciderè, sem inferiorem aut abjectum fieri. Nec separatus sum ego à vobis.

QUIS ENIM HÆC QUE NOTIS IGNORAT? Hebr. Et cum quo, vel, apud quem, non sum sicut hæc, vel ista, vel talia, vix injusmodi, qualis scilicet vos in medium attulit de gubernatione Dei? etc. Ne petitis hæc esse singularem sapientiam. Quis talia dicere non possit, qualia vos dicitis? Sunt hæc vulgaria et omnibus nota. Etiam barbari norunt Deum esse justum, sapientem, potentem. Sed hæc res non est inter nos sapientem, potentem. Sed hæc res non est inter nos in questione. Quis autem non tenet rem vos iactatis? Nam talia etiam quis non possit? Alii aliter: Imo nec illis, repetè ex auctorè inferior sum, de quibus dici solet, non est similis eis. (Synopsis.)

divinae litterae cor Dei sapè nominant, intelligendum ex eo arcanum illud divinae sapientiae, quae à Patre est, juxta illud Psal. 44, 2: *Eratant cor meum verbum hominum*, immensum Filium Jesum Christum alte illius sapientiae mysterio genitum. Ita Eucherius. Athenarum verò lux magna Dionysius, cael. Hierarchia cap. 15, § 5, è mysticae theologiae arcanis cor sit symbolum esse *θεός, θεοειδής, ζωής, divinae et, ut ita loquar, deiformis vitae*, quae vitalem vim suam benignè in ad dispergit, quibus velit esse consulunt. Quem locum exponens S. Maximus, ait cor veluti centrum esse, quod primò vitam suscipit, et, auctore S. Basilio, primò creatur: deinde velut è centro in omne corpus vis et vita funditur. Ita enim facit cor ad animam, quae vitae nostrae materia est, ut prisci vitae animae receptaculum esse cor significatur, id hieroglyphicè animae ventrem appellarunt; atque ita intelligendum esse illud apud Jeremiam: *Ventrem meum, ventrem meum doleo*. Hesyclus ait: Nam quem ventrem? ipse subintit: *Et sensus cordis mei conturbati sunt*; idèque intestina hujusmodi aqua lota offerre admonemur in holocaustum, hoc est, abditas latentesque cogitationes eluere et diligenter abstergere. Ita Hieronim. lib. 54 Hieroglyphicorum.

Ceterum ex hoc Jobi textu liquet viros plane sanctissimos de se interdum res laude dignas enuntiare, non eas modo quae virtutum cultura studiose parantur, verum etiam quae inter naturales dotes concurrunt, qualis est ingenii perspicacitas. Ad haec laus multis ex capitulis in Jobo hinc persequitur, neque passim ad alios derivanda, uti prudenter monet Joannes à Jesu Maria.

VERS. 4. — **QUI DERIDETUR AB AMICO SUO SICUT EGO, INVOCABIT DEUM, ET EXAUDIET EUM: DERIDETUR ENIM SIMPLICITAS (1).** DURUM EST AB ALIIS DERIDERI ET GRAVITER.

(1) De se Jobus partim primam, partim tertiam personam loquitur, ut quod hic difficultatem parit, unde à variis varie exponitur hic versus. Plurimi verba priora hoc modo capiunt: *Sum ut is qui risu est socio suo*; reliqua verò sic: *Qui invocat Deum et exaudit eum*, quod non ad socium irridentem, sed ad eum qui irridetur, referunt, q. d.: Equidem ego recti, ut sim tanquam is quem socius videt, qui seilicet cum Deum invocet, ab eo exauditur, ut sint verba confidentis et bene sperantis nunc de Dei ope; antequam quàm ad Deum clamarem, me exaudire solebat, sed et nunc item eum non despero facturum, eisi me nunc, qui talis sum, vos, socii mei, videtis. At Jobus *רוחך דרובים, risu est justus interitus*, i. e., si qui absolute justus est, quem se proferat, in quo nihil reprehendi aut culpari cogit, talis hominibus risu est, ut sum ego vobis. Interpreto valde contorta, nec sensus, qui ea elicitur, satis concinnus. A. Schulzénus verba *רוחך דרובים*, h. i. ut infra, 13, 22, neu judicabit vult accipienda: *Vocans Deum, eidemque respondere paratus*, i. e., qui tam preloare conscientiae testimonium in petere me gero, ut et actorem me profiterar, et responsorem, ad irumque paratum, si Deus in colloquio necum descendere laud dignetur. Maleficus amicis exprobrat, quod talem hominem pro deridendo haberent, qui eo usque confidente fuerat progressus; quasi tantam innocentiam, virtuosae sinceritatem, quantum sibi tribuisset noster, inter homines reperiri posse negarent, omnique, qui hoc sibi vindicaret, exsibilandum esse censerent. Integrum versiculum ita veritè: *Ladibrium socio suo existo (ego) qui talis sum,*

bus exagitari concivis; quod si id ab amicis homini contingat, à quibus solatium doloris et inopie subditi *qui vocat Deum, atque eidem respondebat vocatus: Ladibrium existit justus interitus*. Eum sensum clarè et elegantius in versione MS. expressit Berg. *Ladibrium, qui causam agere ausim defendereque meam vel adversus ipsam Deum! Ladibrium, vir bonus et innocens!* Alii Jobum putant hic denno repetere thesin suam, à sociis impugnatam, pios etiam interdum affligi, impiis tranquille generalibus; loqui verò de se in tertiam personam, quod generalis thesin proponere, eamque exemplo comprobare vellet, q. d.: Exemplo ego sum, quod is qui invocat Deum et exauditur tanquam Deo gratus et pius, mox tamen fiat risus, iudicium, socio suo. Boullier in Observat. Miscellan. p. 152, verba *רוחך דרובים* per parenthesis inserta concepit, et totum versum ad hunc modum reddidit: *Ladibrium socio suo (ut Deum appellato), qui ipsi respondebit, i. e., cum redarguet, scommata sua ipsi et falsas irrisiones in os retundet), sic est, inquam, Ladibrium sit socio suo justus atque interitus*. Nihil verò fidenter Boullier asserit, verbum *רוחך, responderè*, pro *refutare* sapè usurpatum, nulla probatione innere. Et tamen, adit, exemplum requirit, eoque tibi luculentum infra, 16, 6: *רוחך דרובים, labia tua cogitent te*. Sed non nisi cum *רוחך* constructum notat agere, refutare (propt. *responde re in, adversus illi quum*), contra aliquem testimonium profere; vid. Deut. 19, 16, Ruth. 1, 21, Isa. 5, 9; 59, 12. Contra accusativo junctum, sine ulla particulà, constanter *responde re* significat, et de Deo usurpatum, quàm *רוחך* processerit, exaudire. Vid. Ps. 20, 10, 39, 6, supra 3, 16, 4 Sam. 7, 9, 25, 4; 1 Reg. 18, 28, sequi, Paral. 21, 26. Sed expediat erit nostri loci explicatio, si *רוחך* pro *רוחך דרובים* sumamus, et sic veritatem: *Qui risus, seu risu est socio suo, sicut ego sum, invocat Deum, utrum, et exaudit eum, risu est justus interitus, sincerè pius!* quae ultima verba cum affectu acerbissimi doloris pronuntiata cogitanda sunt; nam sibi tate quippiam accidisse innuit, sed modestè serviens, et modestè socios taxans, primam personam simul cum tertiam est usus. Ceterum illum sensum jam expressit Hieronymus: *Qui deridetur ab amico suo, sicut ego, invocabit Deum, et exaudit eum, deridetur enim justus simplicitas*. (Rossmuller).

Sicut vir qui est *irrisio*, etc., i. e., ego is sum qui socio suo risu est, et illi quidem socio, qui quoties Deum inclamat, exauditur, hoc est, qui Deum habens quasi propitium, in rebus suis omnibus prosperatur: sed non hoc est novum, derideri et subsannari filius iugis seculi hominem pium ac probum. Potest etiam sic exponi: Me deridet amicus meus verbi sequentibus. Sic ille clamavit ad Deum, et sic ille exaudit eum, nempe magis magisque abnegando. Ad quod Job in ultimo comitate respondet: *Talis, inquit, est communitas et ubique obvia derisio cuiusque just et integri*. Non mihi displicet sequens explicatio apud Pinodam: *Qui irridetur ab amico suo (talii ego sum) clamabit ad Deum violatè amicitiae vindicem, qui exaudit eum, et quia videtis Deus irridere sanctitatem veranquam pietatem, ideo ipse eam turbat. Et iste sensus est Vulg. interpretis. Sic Vatablus: Deridetur ab amico hominis felicissimi; cui Deus largitur omnia pro voto; qui absolute iustitia est praeditus derideri solet. Vir doctor veritè: *Deridere amicum suum est dicere ei: Esem invocans Deum, et si quis invocaret illum, responderet illi: deridere, inquam, est justum et perfectum*. Dixerat scilicet Sophar ad Job, cap. 14, v. 15 et 15, miserias ejus finem habituras, si manus ad Deum extenderet; quod monitum sanè ridiculum erat, cum tota Jobi vita, suspiria, voces, essent orationes. Ad ista alludit Job, v. 4, atque ait: Ita allouit amicum, nihil aliud esse quam irridere illum; quod veritissima ratione probat v. 5, qui sic veritè: *Fax est aperabilis, seu inutilis ad praebendum ei, qui peccatus et firmus est; sed admoventia ei, cuius pes mutat**

dum sperabat, multo durius; quare invocabit ultorem Deum, neque surdis orationem illam auribus accipiet, quia injustè patitur simplicis innocentia, cujus ipse tutelam et patrocinium sumpsit. Ita Sanctius noster. Non legerat adhuc Jobus quae de pauperum et miserorum afflictione Scriptura aut prodit aut praecipit, quia illius aetate divinarum Scripturarum monumenta processerit, sed notat, ut apparet, divinum ingenium; et ab illo interitus afflatus, aut rerum experientia edocuit, noverat quantam Deo cura atque studio fuerit pauperum et miserorum vexata conditio, quàm facile inclamatus audiat, et intentos inimicorum stimulos retundat, atque in adversariorum exitium destinato convertat. Id sanè dixit postea Deus Moysi, Exod. 22, 21: *Advernam non contristabis, neque affliges eum, etc.* Viduae et pupillo (eadem est ratio de miseris aliis) non nocetibus; si laseritis eos, vociferabuntur

et titubet; i. e., quemadmodum non est opus face ad praebendum ei qui firmus est, sed nutanti et vacillanti, sic frustra movet Jobum Sophar ut deprecetur Deum, quem continuis precibus exoribantibus sibi facere nititur. *לרעותה* est, *ad splendorem*; vel per infinitivum verti debet, si legatur, *ad praebendam*, à radice *רעע* nitere. Chaldaice quidem vox illa significat cogitationem; sed quod opus est ad Chaldaicam significationem recurrere, ubi Hebraica maxime convenit? Praemissa ista praefationibus, vv. 4 et 5, controversiam repetit v. 6, et defendit contra Sophar, ut jam legerat contra alios suos amicos, improprios in hac vita rebus secundis aut. Haec usque vir doctus. (Vid. Vatabli).

QUI DERIDETUR, etc. *רוחך דרובים, irrisio socio suo ego, irridere amicum suum sum, risu, sive derisio* (vel, ut qui derisus est) socio, vel amico suo, sive ejus (vel proximi) sum, ego sum, ridiculo sum amicis, is ego qui sit aliis derisus, deridiculum amico suo qui est, is ego existit. Si cui unquam contigit illud ab amico, is ego existit. Similis locutio, Isa. 65, 19: *Facti sumus illi qui non dominatus es. Deridete à vobis, amicis potius hominum felicium, quam mei*. Forte per *רוחך* scribendum *רוחך irrisus*, etc., *sum ego*; vel *רוחך* per metonym. ponitur per *רוחך*, accidens pro subjecto. Ita nihil est difficultatis. Vel forsas, ut disputatio, quam hic agitur, generalis est, de statu iustorum et impiorum, ita haec sententia generalis est, et *לרעותה* sumenda est pro *לרעותה*, et locus sic vertendus: *Derisioni est cui amicus sum (nempe pius, cui soli Jobus amicus erat) qui invocat, etc.* Ita eadem sententia pro more repetitur in posteriore membro: *Derisioni est justus; Hebr. Ridere amicum; sensus est: Hoc quod vos agitis est ridere amicum, dicitis: Clamavit ad Deum, et respondeat tibi; hoc verò, inquam, ridere est. Jobus de se partim primam, et partim tertiam, personam loquitur quod hic difficultatem parit.*

Invocavit Deum, qui invocat Deum, is qui clamavit ad Deum, qui clamavit ad Deum, et respondit, vel respondeat, illi, et exaudit eum, cuiusque is respondeat, et quem ille exaudit, ut se exaudit, et exaudit eum, neminem ultionem Dei possit, qui et amittit. Quidam haec verba referunt ad derisum, sive Jobum; invocavit Deum, scilicet, qui irridetur. Is ego sum qui deridetur; et id est, miserias ejus finem habituras, si manus ad Deum extenderet, quod monitum sanè ridiculum erat, cum tota Jobi vita, suspiria, voces, essent orationes. Ad ista alludit Job, v. 4, atque ait: Ita allouit amicum, nihil aliud esse quam irridere illum; quod veritissima ratione probat v. 5, qui sic veritè: *Fax est aperabilis, seu inutilis ad praebendum ei, qui peccatus et firmus est; sed admoventia ei, cuius pes mutat* (Synopsis.)

ad me; et ego avidam clamorem coram: et indignabitur furor meus, percutiamque vos gladium, et erunt uxores vestrae viduae, et filii vestri pupilli. Id quod etiam Ecclesiasticus innuit, monens ne fiat, cap. 7, 12: *Non irideas hominem in amaritudine animae; est enim qui humilitat et exaltat circumspector Deus*. Turpe ergo et inhumanum est quentibus hominem in luctu jacentem irridere; immane verò et ferissimum et irridere, et contumelias vexare. Quod quantum Deo stomachum moveat ex infinita ejus et misericordia et clementia erga homines afflictos facile apparet. Dei enim mos est derelictos supplicantes exaudire atque propugnare; non fert ut derideatur iustorum sinceritas, vitæe simplicitas quasi fatua contemtorum, cum Dei sapientia sit plena. Simplicitas hoc loco idem est quod vita integritas, nullo dolo, hypoerisi artificiove fucata, cui familiare est multa, quae à politicis hominibus ingeniosè curantur, minime exquirere, et affectionem omnem procul arcare. Et haec profecto simplicitas, rarum integritatis argumentum, in Jobo ipso predicatur, cui ob id fortasse insultatum est, quod majestatem et sapientiae ostentationem neutiquam affectaret; quo certè morbo verosimile est tres illos viros laborasse.

VERS. 5. — **LAMPAS CONTEMPTA APUD COGITATIONES DIVITUM, PARATA AD TEMPUS STATUTUM (4).** VITUM JU-

(1) A. Schulzénus versionem, *catamitati vititas adest apud splendendam prosperitatem ceteri, percussio flagellans (ita veritè *רוחך דרובים* ut 2 Sam. 6, 6, *רוחך דרובים, are percussio*) pacillantis pede, merito explisit Boullier, l. c. p. 154, sequi, qui bene monuit, nullam vi, insolentiore hyperbole nullo, nativum loci sensum talem esse: *Is qui in ruinam percussus agit, quod fortunatus plures non fit, quam lampus mox extinguenda.* (Nota exemplarium varietatem in voce *לרעותה*, quae in primam tantum editione Venetæ magnorum Bibliorum scribitur in plurali *לרעותה*, *cogitationibus*, ut et in exemplari Rob. Stepliani; et in reliquis exemplis aliarum editionum, et in manu etiam scriptis, *לרעותה*, *cogitationi*, in singulari, formâ *לרעותה*, *regnum*, quomodo et Kimchi citat in libro Radicum, et omnes Hebraei expositores legunt de Ross quoque in plurimis et accuratioribus codicibus cum schæck scriptum reperit), praeter Moses Nachmanidem, qui legit pluraliter, sed eodem sensu per se sensu recedente. Solus Kimchi inter omnes in libro Radicum et in Commentario *לרעותה* altitè exponit, in significatione *nitore*, *רוחך דרובים* tenet, Cantic. 5, 14, et *רוחך דרובים*, Zech. 27, 19, *רוחך דרובים, ferrum nitens*, positum et detersum, et Jerem. 5, 28: *רוחך דרובים, pinguis sint et nitidi*, praè pinguedine nitent. Ita hic dicit de se Jobus, quod nunc est fax contempta, quum antehac fuerit *רוחך דרובים*, i. e., nitens et splendens hominis tranquillitas, q. d.: Nitens et splendens pro tranquillitate et rerum successu, et nunc proclivis ut pede nitet et labatur. Ceteri, quod magis placeat exponunt, *רוחך דרובים* in Syriacâ significatione exponunt, *justa cogitationem*, vel cogitationes, ut Ps. 146, 4: *Ego dico perentem ejus cogitationes, hominis, cum moritur, ne sit fidetur, et Jon. 1, 6: Forsas cogitabit Deus de nobis, et Daniel. 6, 5, in Chaldaicis, *res tuas cogitabit Damiel* evchere, idem *רוחך דרובים, cogitavit*, Hebraicè, *לרעותה*, ad mutationes, cum Kimchio malo nomen substituantur, quàm participium Bononi, quanquam ita possit accipi: *Paratus ad nitentes*, i. e., ut sit inter eos, qui nitunt pede. (Mercurus.) Hieronymus nostrum *רוחך דרובים* habuit pro plurali statibus coad-**

stum à superbis et divitiis hujus seculi despectum eleganter comparat facie neglecta ac contempta, quae servatur ad tempus divino consilio designatum, quo clarissime et luculentissime in sublimi loco constituta praelucaet. Conqueritur hoc loco Job se opinione trium divitum amicorum despicibilem quamdam faciem, abjectam et squalentem esse, at sperat parari se nunc exercitio dolorum et laborum, ut statuto tempore clarus elucescat. Et quidem tempus hoc praestitutum in Jobo duplex fuit, scilicet illud secundae prosperitatis, in quo multo quam antea splendidius claruit, et novissima dies, ubi beatissima et sempiterna Dei luce fulgebunt, quod ad justos omnes nunc despectos derivari potest. Justus enim adversa patiens, est lucerna intrinsecus ardens et lucens, sed exterius contempta à divitiis superbis, parata tamen ut tempore statuto judicii computetur inter gloriosos sanctos filios Dei, juxta illud, Sap. 5, 4: *Tunc stabunt justi in magnâ constantiâ adversus eos qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores eorum. Impii verò quid? Videntes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitaneâ in sperate salutis, dicentes intra se, poenitentiam agentes, et pro angustia spiritûs gementes: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum et in similitudinem improperii; nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, et fœnem illorum sine honore; ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est, etc.*

Sanctus itaque Job quamlibet sanctorum animarum lampadem contemptam appellat, quia scilicet impiorum hominum coetus eam apud Dominum despicibilem existimat, cum tamen sit lampas minimè vacua, sed plena oleo, quae apud Deum et homines ardet et luget; quam Dominus velut divitem, et ad nuptias cum aeterno rege ineundas paratam, ab ingressu sui thalami non excludit; lampas Ecclesiae data, ut cum splendore illuminet et opum abundantia condorect. Sicut enim mundo corporeo duo luminaria, majus et minus, sol videlicet et luna, lumen et decorem impertiunt, ita haec lampas, anima nempe perfecta, Ecclesiae aut congregationi, in qua vivit, splendorem et pulchritudinem tribuit. Haec lampadem iniqui contemunt et nullius valoris aestimant, quia pressuris et tribulationibus patere conspiciunt. «Sæpè structi בַּיָּדָה, tempus statutum, quum tamen בַּיָּדָה sit radicale (עָדָה, nutavit, vacillavit). Nomen בַּיָּדָה autem intellexit ut Exod. 25, 14: וְשֵׁשׁ גִּבִּיִּים, tribus stans vicibus. Nam illius interpretatio ita se habet: *Lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus statutum, alienare sonat, quasi alteri tempore destinata sit, quae nunc contemnitur lampas, et rursum futurum ut splendet. Rectius Chaldaeorum alter: Sed futurum est, ut aciliter eipes. (Rosenmuller.)*

APUD COGITATIONES DIVITUM. Divites enim et potentes superbi nihil illam faciunt in cogitatione et mente sua.

PARATA, etc. Qualis sit, et quanti facienda tempore à Deo constituto apparebit. (Menoehius.)

LAMPAS, etc. Hi est, vir justus miseris oppressis reversa est lucerna ardens et lucens, sed contempta à divitiis, superbis; parata tamen ad tempus statutum, id est, ut statuto tempore judicii exaltetur, honoretur, et inter filios Dei aeternum collocetur, Sap. 5, v. 2. Quod S. Gregorius pulchrè hic declarat. (Tirinus.)

namque contingit, inquit D. Gregorius, lib. 10 Moralium, cap. 17, ut electus quisque, qui ad aeternam felicitatem ducitur, continuè hic adversitate deprimitur, non hunc rerum abundantia fulciet, non dignitatum gloria honorabilem ostendat, nulla et obsequentium frequentia suppetat, nulla hunc humanis oculis vestium pompa componat; à cunctis verò de spicabilis cernitur, et hujus mundi gloria indigna aestimatur; sed tamen ante oculi judicis oculos virtutibus emicat, vitae meritis coruscet, etc.

Sed quare exterius non luget? Quia Dominus sanctitatis divitias, ne ab inani gloria ut ab alio effectu elationis illidantur, tegumento tribulationis abscondit. Prudentia enim est, in itinere res pretiosas operire, et viles atque abjectas ostentare, ne quod carissimum est aut occultis latronum dolus aut aperta violentia surripiat. Ita quoque ad admirabilem sapientiam Dei pertinet, divitias perfectorum in hoc mortalitatis itinere laborum operimentis munire, ne eas insultus adversariorum rapiat, et sanctos Dei virtute pauperes et vacuos derelinquat. Ad hoc respexit David, cum in personâ sanctorum dixit, Psal. 59, 5: *Deus, repulisti nos, et destruxisti nos; iratus es, et miseratus es nobis; videtur enim eos à se repellere et malis illatis destruere, videtur iram in illos exercere, et indignatione punire, at reverà illorum potius miseretur, dum suorum opes tribulationibus contegit, et de ipsorum novis profectibus et sanctitatis augmento hilarescit. Quamvis autem istae sanctorum opes Deo disponente jam lateant, non tamen omnino, sed ut lucerna in lampade latent. Sicut enim lux lampadis ita opaco corpore absconditur, ut tamen per rimulas aliquantulis videatur, sic thesaurus sanctitatis per patientiam et æquanimitatem ostenditur, dum tribulationibus operitur. Jam tentatio virum perfectum impugnat, jam persecutio impedit, jam ægritudo corporalis angustat, sed quasi per lampadis rimulas elucet in facie cordis tranquillitas, in sermone mentis lenitas, et in omnibus cum divina voluntate conformitas, quae à quolibet sapiente cunctis mundi divitiis praefertur, et supra universos thesaurus aestimatur. Ad hujusmodi enim homines dicitur, Philip. 2, 15: *Lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitae continentes ad gloriam meam in diem Christi.* Videtur autem Paulus his verbis Philippenses laudare, eò quod cum sint luminaria in medio nationis pravae, tamen lucem hanc continent ad tempus statutum, nempe ad diem Christi; neque enim ipsi gloriam suam predicant, sed potius occultant: *Sicut Moyses, ait Paulus, 2 Cor. 5, 15, ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem eius.* Al-luditi autem ad radios qui à facie Moysis, cum de monte descendit, emicabant. Ubi notandum prius quidem Moysen ignorasse suam faciem radiare, sic enim habet textus: *Ignorabat quid cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini, sive ut Septuaginta transtulerunt: Non sciebat quia glorificatus est aspectus cutis faciei suae, quod ubi agnovit, posuit, inquit Scriptura, velamen suae faciem suam.* Ad*

quem locum pulchrè Oleaster: «Nörunt, inquit, homines, imò et inflata buccâ prædicant dona quae habent, aut potius se habere à Deo putant, dolent quae si non viderint predicari; sanctus verò iste nescit, imò, cum alios admirari videt, velamine faciem operit, modestiam utique servandam docens.

Allegoricè lampas contempta Christus intelligitur, qui contemptus fuit ab Herode et Pilato, à principibus sacerdotum et primoribus Judaeorum, quibus scandalum erat, sicut et Gentibus stultitia; parata tamen est revelari tempore statuto, non solum in die judicii, quando omnibus clarè ejus splendor apparebit; sed etiam in hac vita, in loco et tempore à Deo statuto humiliter manifestatur, et fit illis lampas ignis atque flammarum, illuminans per fidem et accendens per charitatem, ita ut tantò pluri eum faciant, tantò que ardentius diligant, quanto eum vident pro ipsis magis spretem et neglectum; et vulnera ejus, quae incredulis sunt velut nigri carbones, fidelibus sunt sicut prunae et carbones ignis splendentis, qui omnem calpae nigredinem à corde tollunt, ipsamque splendendum reddunt per gratiam ardensque per charitatem. Plures alias esaeque diversissimas hujus loci translationes et expositiones vide apud Sanctium nostrum atque Pinédam.

VERS. 6. — ABUNDANT TABERNAACULA PREDONUM, ET ADACTER PROVOCANT DEUM, CUM IPSE DEBERET OMNIA IN MANUS EORUM (1). Insinuaverat Jobus amicis illos suos ex eo esse hominum genere, qui cum divites essent, apud Deum inopem asperantur, praesertim quòd egestatem hanc peccati poenam interpretarentur. Sed penè probat Job inopiam per se non esse peccati poenam, nec efficere viros justos neglectu dignos; quemadmodum è contrario rerum opulentia terrenarum per se non est virtutis merces, et homines scelestos nequaquam honore dignos reddit. Hic accersit exemplum predonum, qui cum impii sint, tamen opibus abundant; quos nemo sanæ mentis non despicibiles ducit, etiam dum domos suas aut tentoria spoliis impleant, et in Deum prædæ permissorem procaeter insolent. Illa verò verba: *Adacter provocant Deum, subintellectam claudunt ultionem Dei prædonibus inferendam, quasi Jobus sic enuntiaret: Ego nunc inopiâ premor, neque carco spe boni exitus praestituito tempore successuri; è contrario grassatores multi nunc divitiis abundant, et timore divinae indignationis concantentur. Quid ergo mihi obis penuria? aut*

(1) Minimè sunt probandi, qui מַלְוִן ה. 1. de falso Deo capiunt, quasi sit sensus: *Et primam suam addidit, i. e., fecit et portat Deum suum, quum tamen in hoc libro nomen illud de fictitio deo nunquam usurpetur. Rectum viderunt procul dubio, qui portare Deum in manus suâ exponunt; manum suam pro Deo habere, collatâ cognatâ et proverbiali quasi locutione Genes. 31, 29, Deut. 28, 32, Habac. 1, 11, 16, Mich. 2, 1, אֲמַרְנָהּ propr. adfert, i. e., portat, gerit, ut Levit. 7, 50, Deut. 26, 10. Sensus igitur: *Illi scilicet est omnigena felicitas, qui manum suam, aut potentiam, pro Deo habet; descriptio hominis proterbi et violenti, qui licitum sibi putat quicquid lubet.* (Rosenmuller.)*

quid illis prosi opulentia, cum inopia et opes justus et reprobis communes sint?

Alter prædonum nomine reges improbi et potentes significantur, vel quòd ipsi reverà tanquam insolentes prædones alienas involent in fortunat, vel saltem, quòd cum suas sibi opes arrogant, quae Deo acceptas referre deberent, perinde se habent, ac si eas omnino prædarentur; hi igitur, ut D. Gregorius ad hunc locum docet, «eò magis contra Deum elevantur, quò magis ab ejus largitate contra meritum dicuntur.» Sic enim ex abundantia insolens homo, ut non solum audeat humana jura conculcare, sed etiam temerare divina, neque solum adversus creaturas, sed etiam adversus ipsum creatorem obarmetur.

Nota sanè est divitum superbia, quam etiam omnium temporum sapientes notantur. Est Cyrilli in Canticum Habacuc verissimum illud acroama cedraeque dignum: *Ἐν θεσπέφιας τὸ πλοῦτος, ubi fortunae majores, ibi superbia.* Elegantissimè S. Augustinus, serm. 5 de Verbis Domini, cum omne pomum, granum, lignum habere suum vermem dixisset, vermem divitiarum ait esse superbiam. Hi ceterique Patres, qui sapientissimè eâ de re disputaverunt, non modò è quotidianâ experientia, verum etiam è liquido Apostolorum fonte dictum hauriant. Nam D. Jacobus, qui suis monumentis divina panxit, opes eâ causâ nuncupavit *superbias*, ut vult S. Thomas: *Nunc, inquit, exultatis in superbis vestris, hoc est, in divitiis, quibus solent homines superbire.* Hinc S. Paulus, scribens ad Timotheum, divitiis hujus seculi precipiendum esse monet *μη ἐπιχρησθῆναι, non sublimè sapere*, hoc est, non elatè, superbè, gloriosè de se predicare et sentire. Ita certè fieri solet, ut bonis tumidi, et abundantissimâ copiâ fortunatum, ut domini aliorum gestiant, et efferrantur insolenti fastidio, quasi in apice fortunatæ vitæ positi, et quod inde sequitur, aliorum hominum conditionem despiciant; sed non modò altos illi spiritus gerunt, et ostentatores fiunt gloriosi, quod tolerandum fortè in potentibus videatur, sed longè illud est gravius, quòd evadunt inhumani, crudeles, ferri, qui alienâ calamitate non commoveantur, et damnum aliorum prædam suam faciant. Quare S. Ambrosius, in obitu Satrii, ejusmodi homines *accipitres pecuniae* vocat, sed Ezechiel gravius *lupos*, qui prædâ et sanguine recreentur; illos eosdem, cum Michaels vellet symbolis suis divinitus ambudrare, *palliarum*, pingit: *Qui optimus in eis est, quasi paliorus.* Quod emblema D. Hieronymus egregiè in hunc modum illuminavit: «Palliorum pingens et retinens: pungens appropinquantem sibi et adunco dente comprehendens.» Malus planè durusque vicinus avarus est, cum habendi sitis facit lupum alienis facultatibus inhiantem ac pungentem, et adunco palliorum; sæpè enim æquitate contempta, et posthabitis legibus tum divinis tum humanis, rapit non sua, et dum benè sibi sit, quam malè sit ali non admodum curat, cum sæva et impotens illa animi affectio humanitatem omnem ejecerit. Itaque Aristoteles, lib. 1 Ethicorum, cap. 5, ait illum, qui studio

augenda quarendaque pecunie ducatur, *βίαιον, violentum*, asperum, importunum.

Sed in diebus Patrum est longe major et gravitas et auctoritas: nam eam ob causam D. Chrysostomus in Oracione: *Quod nemo laeditur nisi à seipso*, avaritiam nuncupat *ὄψιν καὶ ἀνάγκησαν βίαιον, crudelē et inhumanam dominam* eorum quos sub jugum veluti suum duxerit. Et dignus illius scholā magisterioque discipulus Isidorus Pelusiota, lib. 5, epist. 209, eandem illam inflammata auri et argenti cupiditatem, quā divinus amor tollitur, vocat *ὄψιν καὶ τυραννικὴν ἐπόρην, crudelē et tyrannicum amorem*. Denique, ne in singulis immorer, dici potest avaritiam esse complexum omnium vitiorum et humane malitiae consummationem; quod è divinis Litteris potest intelligi, nam primo libro Regum, cap. 8, 5, ubi in Vulgata nos habemus: *Declinaverunt post avaritiam*, Septuaginta veluti viliū vim interpretantes, aiunt: *Καὶ ἐγένετο οὕτως τῆς κοριδαίας, et declinaverunt post consumptionem*, quasi avari sint in omni genere peritiam et improbitatis consummati. Sanè Paulinus honorum gemma pontificum, et divină mente præditus, epist. 2, avaritiam non aren, telo et sagittis, sed criminibus armata viderat; cujus hoc habet elogium: « Quæ una omnibus armata criminibus vel si sola nos capiat, et « zabulo ad malitiam et hominū ad mortem sufficit. » Notabile dictum et mirandum. At ille vir sanctissimus, qui opibus abundaverat, et hominum studia exquisitissimè cognovit, hoc unum vitium improbitissimi demonis malitiam et studium eripiendū nobis vitæ et salutis æquare, sufficere hanc pestem ad virtutum omnium chorum evertendam, ad inducendum quodlibet scelus, ad perentem animi morbum, ad interitum. Nec sibi duntaxat aliisque exitio sunt avari, sed insep, inquit Job, *audacter provocant Deum*, in cuius locum, prohi nefas! inducunt terram et abominandum idolum Phylargyriam, Plutum, Mammonam, cui supplices divinum honorem impertiant. Sic avari caput est delubrum impio cultu et perfidia consecratur, ubi vetusta insanorum hominum superstitione renovatur. Scribit enim D. Augustinus, lib. 4 de Civitate, cap. 21, Deam pecuniam à veteribus cultam fuisse; sed negat tamen templum Iabusee Juvenalis, Satyrā 4:

... *Etsi, funesta pecunia, templo
Nondum habitas, nullas memmorum erecimus aras.*
* Quod detestabilis est ararum scelus et veordia, quæ huic idolo in lectissima sua parte cellam dedicant; ipsi victimæ, ipsi ara, ipsi popæ et agones litant, cor pecunie ut hostiam coronatam ferunt, animi vires atque omnem contentionem immolant; vero Numini Plutum anteferunt, ipsam mammonam non ferre et saliente micæ, sed crurore et usura vitæ propitiam. Tunc utique virtutes omnes ejiuntur, et imprimis nobilissima et pulcherrima religio: quam impius opum amor ejurat, ut profano et scelerato cultu fictum numen à demone subornatum veneretur; hoc enim agitur, si doctori magno credimus, in quo Deus loquebatur, sancto Paulo, inquam, qui infandam illam

habendi cupiditatem non dubitavit nominare *simulacrorum servitatem*, vel, ut in Græco est, *idololatriam*, quam verissime Tertullianus, lib. de Idololatria, c. 1, *principale crimen generis humani vocat*. Nihil enim detestabilius eo scelere cogitari potest, nihil majori supplicio dignius, quàm ut quisquam procreatis à Deo rebus, auro, gemmis, fundo, palatii summum honorem adhibeat cum inexpiabili veri Numinis injuriā, cujus minas illudit, pollicitationes contemnit, iusta denique pro nihilo putat atque incredibili vesanae mentis audaciā deridet. Ita Cresollus, lib. 4 Mystagogi, cap. 51, ubi avaritiam idololatriam pluribus prosecquitur.

VERS. 7. — NUMIRUM (1) INTERROGA JUMENTA, ET DOCEBUNT TE; ET VOLATILIA COELI, ET INDICABUNT TIBI. — VERS. 8. — LOQUERE TERRÆ (2), ET RESPONDET TIBI; ET NARRABUNT PISCES MARIS. Magnam, inquit, vos et solos existimatis scientiam assecutos, eamque quasi vobis tantum notam alios docere vultis, cum tamen hæc ab animantibus, quibus nullus inest rationis usus, ediscere possimus; quæ sunt jumenta, quorum notus stupor, quæ gradiuntur in terrā, et volucres coeli, quæ aerem trānant, imò et terra ipsa, quæ non rationis solum expers est, sed et sensus et vite. Ipsi etiam muti pisces, qui in maris profunditate sua sila domicilia locantur, creatorem suum prædicant. Quibus verbis incipit Jobus ostendere quæ digerenda suscepit ne ipsius amici soli sibi sapere viderentur; incipit verò acriter, et non eis gloriamdum evincit, cum res planè omnibus pervias licet fastu grandi depremsperint, quas vel ex infimis etiam creaturis unusquisque possit percipere, qui mentis oculos ad communium rerum consideratione adiecit. Mundi enim pulchritudo, ordo mirabilis procreatarum à Deo rerum, quotidianus usus et commoda, vis, efficacia, aliæque miranda, quæ in minimis quoque rebus elucet, theatrum veluti quoddam expandunt, ubi singularis Numinis potentia bonitasque triumphant, quod jucundissimum animo spectaculum esse solet. Ad illud autem genus meditationis ipse mundi atque omnium rerum fabricator Deus per vatum suorum ora-

(1) *יַחֲמִי, et verè, cum verò, verumtamen, et quidem.*
INTERROGA JUMENTA, vel *pecudes*; considera, quomodo regantur ad commodos usus implorant.
ET DOCEBUNT TE; *יְדַבְּרִי, et docebit te, sub, unaquæque illarum*. Similes locutiones: *Filie incedit, bestia clamat. Docebunt*, non per se, sed objective; pensantur subministrantur argumenta, etc. Sed quis illos docent? — Resp. 1º, Deum benefacere iumentis; 2º ea, adque omnia à Deo fieri et gubernari. Ita, si prædones felices sint, si alia perturbata videantur, non sine Deo, cujus nutu ea omnia contingunt, q. d.: Absurdum est ut vos istam administrationem Dei negetis, quam ob oculos videtis; 3º Dei potentiam, et providentiam, et sapientiam, q. d.: Non opus est ut sublimitatem colorum, etc., perveniatur, cum etiam minuta animalia nos doceant, etc.
ET INDICABUNT; Heb., *indicabit*, exponit tibi. (Synops.)
(2) *יְדַבְּרִי אֶת-הָאָרֶץ, loquere ad terram, colloquere (confabulari) cum terrā*. Alii aliter: *Virginitum (id certè יְדַבְּרִי)* denotat, quod alii verbum est) *terre, sub, interroga*; sic *יְדַבְּרִי* pro *יְדַבְּרִי*, quod insolens non est.
ET NARRABUNT, abundè hæc omnia. (Synops.)

cula nos invitat. Sic enim divini Spiritus inflammatione atque instinctu loquitur Sapiens, Ecl. 5, 11: *Mundum tradidit disputationi eorum*. Ubi nomine disputationis non intelligit curiosorum inter se concertationem et *ἁγῶσαν*, cum variæ sectæ philosophorum contrariis de rebus opinionibus teneant atque defendunt, sed profundam animi cogitationem, meditationem intimi cordis circa res, quæ mundum hunc varietate sua et compositione distinguunt. Quod disertius è Græcā versione potest intelligi: *Τὸν κόσμον ἔδοξαν ἐν καθήκῃ ἀπόρον, æculum dedit in corde eorum*. Quo eodem modo in Hebræo fonte locus idem concipitur. S. Gregorius Nyssenus præclare exponens illam sententiam, ait avum, hoc est, omnia quæ in æro seu in omnibus spatiis ac intervallis durationis facta sunt, dedisse Deum cordi humano ad bonum, ut per magnitudinem et pulchritudinem creaturarum contemplerent eum qui fecit illas. Itaque S. Basilus, hom. 1 in Hexamerum, mundum elegantè appellat *ἡδυσμύδιον καὶ παιδευτικόν τὸν ψυχῆς, commune quoddam animorum auditorium, exedram sapientiæ*, ubi admirabilia doceantur. Quem, opinor, secutus Pisdies in Hexameron *ὁπλῶν ἀγαθῶν, creaturarum scholarum* nominavit. Atqui nihil est in hæc rerum universitate tam minutum (ait Aristoteles lib. 1 de Partibus animalium, cap. 3) tamque vile aut abjectum, quod non, cum ingentem in animis nostris sciendi pruritum excitet, tum verò in stuporem nos rapiat et auctoris sui commendationem. Et quod Heraclitum Tarentinum dixisse ferunt, cum in casam quamdam furnariam divertisset: *Ἐντρέτε, sunt hic etiam dii*, hoc in minimis etiam naturæ operibus sentiendum, in quibus multiplex radius divini perfectionis elucet. Nam, ut rectè notat S. Bernardus, serm. 5 de Pentecoste, « potentissimè ex nihilo omnia, sapientissimè pulchra, benignissimè utilis sunt creata. » Quod confirmans D. Augustinus, in Sententiis, sent. 141: « Nec auctor, inquit, excellentior est Deo, nec ars efficacior Dei verbo; nec causa melior est, quàm ut bonum creetur à bono. »

Efficaci hæc naturæ præstantia, ut B. Antonius ille vastæ solitudinis cultor sic universitatis hujus amonitate caperetur, ut, cum quidam ex illo sciscitaretur, cur tam paucos ac propè nullos apud eum libros conspiceret, respondisse dicitur, hæc mundi spectacula sic animum suum oblectat, nullum ut aliud librorum adinveniendum desideraret, hic invenire se studium amenissimum, quo semper caperetur, nec unquam satis caperet, *codicem suum esse rerum naturam*, in quibus verba Dei legere consuevisset. Sic Leo Magnus, pontifex maximus, serm. 7 de jejunio decimi mensis, elementa mundi vocat *publicas paginas*, quibus erudimur. Et alio quodam in loco ad eruditionem nostram ait omnia elementa servire, « dum per ipsius mundi « cardines quasi per quatuor Evangelia incessabiliter discimus quod et prædicemus et agimus. » Eadem verè sunt apud S. Prosperum, lib. 23 de Vocatione Gentium, cap. 1, qui in paginis elementorum et voluminibus temporum divini institutionis com-

muniem doctrinam legi prodique monet. Adjiçendi sunt igitur oculi ad librum universitatis, ne quis doctinarum ignoretationem aut librorum inopiam causetur.

In eo libro non modò S. Antonius, Bernardus, aliique Ecclesie Dei lumina, verum etiam et summi philosophi multa miranda et egregia didicerunt. Quare Athenagoras scriptor vetus Platoni ait, cum in hujusmodi considerationem incubuisset, mundum appellavisse *τεχνὴν τοῦ Θεοῦ, Dei artificium*, in quo divina sapientiæ lumen ostendisset. Illo studio gemmei libri atque pulcherrimi usi olim sapientes, ad arcana Dei cognoscenda penetraverunt, et ad sempiternam ejus virtutem et divinitatem, ut ait Apostolus.

Sed non est opus ut in antiquos sophos intueamur, qui evanuerunt in cogitationibus suis, nec cognitum è muni opificio Deum glorificaverunt, cum in nostris habeamus hujus meditationis et invitamentæ et exempli. Divinitus illud à Salomone mihi dictum videtur, Prov. 1, 20: *Sapientia foris prædicat*, vel, ut est in Hebræo apud Cajetanum, *Sapientie foris cantabunt*. Breve oraculum est, sed insigne, tribus verbis ut pyropus illuminatum atque distinctum, quæ operæ pretium est attingere. *Foris* cum dicit, extra hominem esse multa significat sparsa ubique terrarum, quæ reconditam sapientiam continent. Unde paulò post sequitur de sapientiā: *In plateis, vel, ut est in Hebræo, in latitudinibus dat vocem suam*. Nam intueamur hunc omnem mundum complexum, quam longum et latum est, ad oriente sole ad occidentem, à polo arctico ad antarticum, plena omnia sunt magni opificis admirabilitate, et nihil vacuum sapientiæ. Itaque mihi consideratè dixisse videtur Salomon numero multitudinis: *Sapientia foris cantabunt*, ut intelligamus in omni re atque loco multiplex nobis artificium à divitæ mentis sapientiâ obijci et proponi ad intendum, ut intelligentiam acuentes, et singula considerantes, utilia documenta capiamus. Ille verò sapientiæ note tam in oculis incurrunt; tamque animum excitare possunt, ut *cantare* dicantur, et tantum non maximè et clarissimè voce in omnium auribus inclamare, ut rerum omnium architectum et agnoscamus et veneremus, et peccare omni anemus. Sed quod in Hebræo est *cantare*, apud nostrum interpretem est *predicare*, apud Septuaginta *ὑπερίβαλε, hymnis, cantu et laudatione prosequi*. Ita enim quæ videmus omnia è tenebris et nihilo educta tantâ naturæ varietate, vi multiplici, dotius longè disparibus instructa, magnam illam Creatoris potentissimamq. manum concelebant, fontem illum et thesaurum, verè dicam infinitum in omnem partem bonorum Oceanum undique exuberantem, alto quodam et vocali silentio concinunt et in latæ ponunt, ut verissimè fuerit dictum: *Sapientia foris prædicat*. Ubi Sapientia foris indens in creatis rebus quodammodo pingi videtur instar Meseochori aut Choroditascali vocem peritissimi, in musica excellentis, quæ non modò cantat, prædicat, *ὑπερίβαλε*, sed omnes universi naturas et ad mundi auctorem summum plenissimo et dulcissimo

conceptu laudandum, aut tenere manu veluti Timothei cujusdam lyram aureamque testudinem, ejus nete sint beati spiritus et celestes orbes atque lumina, hylate verò terra, mare, elementa, medice chordæ reliqua, quò tanto artificio composita sunt atque tensæ, atque ita omnes consentiant, ut suavissima oriatur symphonia Numinisque prædicatio. Itaque Orpheus in hymnis mundum esse aiebat musicam et mirabilem symphoniam quæ Demiurgum laudet; Athenagoras autem in Apologiâ eundem appellat *ἡμετέριον ὄργανον, καὶ καὶ κροταφῶν, concinnium et musicum organum, quod moretur numerosè, ejus aspectu incitatur, ut præstantissimum illum opificem, qui tangit fides, et jucundam modulationem è dissimilimâ naturis velut sonis efficit, studio omni et religione veneremur.* Unde subdit:

VERS. 9. — *QUIS IGNORAT (1), QUOD OMNIA HÆC MANUS DOMINI FEGERIT? —* VERS. 10. — *IN CÛJUS MANU ANIMA OMNIS VIVENTIS (2), ET SPIRITUS UNIVERSE CARNIS HOMINIS.* Quis, inquit, tam est stupidus atque amens, qui ignoret, aut dubitet hæc omnia à Domino fuisse formata, et ipsius benignâ providentiâ conservari? Qui quâ facilitate fecit omnia, eadem posset universa dissolvere, cum in ipsis manu posita sint, à quâ ut vitam habent, sic etiam interitum timere debent. Ex quâ Jobi sententiâ per se notum est omnia fuisse à Deo facta, nam exploratum est rem nullam posse à se oriri. Siquidem causa et effectus opposita sunt, sive contraria, ut pater et filius. Nam ea, quæ cum aliquo conferuntur, relativè opponuntur; quare in eandem rem convenire non possunt. Non potest igitur esse ut eadem animal à se oriatur, nam causa et effectus in eodem dicerentur. Omnia verò animalia constat esse orta, cum omnia consenscant et occidant. Oportet igitur aliquem esse causarum exitum, nam infinitum esse casuum progressum physici fieri non posse demonstrant. Ad aliquod igitur animal uniuscujusque patrem querendo venire oportet, quòd non ex alio sit animal natum, sed à Deo factum. Terram etiam et

mare ceteraque à Deo effecta esse eadem rationis viâ philosophi cognoverunt. Nec quòd aliqui de hoc dubitaverint, impedit quominus id per se notum et exploratum sit. Nam nonnulli etiam de illo omnino certissimo et apertissimo principio dubitaverunt: *Quodlibet vel est, vel non est.* Multi etiam ligum et lapideum Deum esse putarunt. Siquidem corrupti depravatiq; hominum animi multas absurdissimas opiniones attulerunt. Rectè ergo de iis qui sano sunt iudicio Job dicit: *Quis ignorat, quòd omnia hæc manus Domini fecerit?* Pulchrè ad hoc propositum S. Augustinus, lib. 5 de libero Arbitrio, cap. 25: «Reverâ, inquit, si piè ac diligenter attendas, omnis creaturæ species et motus, qui in animi humani considerationem cadit, eruditionem nostram loquunt, diversis motibus et affectionibus quasi quâdam varietate liguntur undique clamans atque increpans, cognoscendum esse Creatorem.» Idem sanctus doctor, lib. 11 Confessionum, cap. 4: «Eccò sunt cælum et terra, clamant quòd facta sint; mutant enim atque variantur. Quidquid autem factum non est, et tamen est, non est in eo quiddam quod ante non erat, quod est mutari atque variari. Clamant etiam quòd esse ipsa non fecerint, idèò sumus, quia facta sumus.» Non ergo eramus antequam essemus, ut fieri possemus à nobis. Et vox dicentium est ipsa evidentia. Tu ergo, Domine, fecisti ea, qui pulcher es, pulchra sunt enim; qui bonus es, bona sunt enim; qui es, sunt enim. Nec ita pulchra sunt, nec ita bona sunt, nec ita sunt sicut tu, Conditor eorum, cui comparata nec pulchra sunt, nec bona sunt, nec sunt, etc.

VERS. 11. — *NONNE AURIS VERA DUDICAT (1), ET FACIES COMEDENTIS SAPIORUM? —* VERS. 12. — *IN ANTIQVIS EST SAPIENTIA, ET IN MULTO TEMPORE PRUDENTIA (a).* Hic locus varias admittit explanationes, neque facile est statuere, quanam illarum sit germana, aut que inferis. E contra, mea dicta non ponderatis, sed simpliciter ut insula relictis. Oportet sermonem non temere profanari, sed ad regulam auris et spiritus proliari ac judicari.

(Synopsiſ.)
(1) Id est, animalium (nam vivens Hebræis, ut *צֶבַע* Grecis, non comprehendit plantas, que ante sub nomine *terra* designantur), vel, si majoris hominum.
ANIMA autem hic vocatur que sensitiva est.
UNIVERSE CARNIS HOMINIS. Vel, *carnis hominum*, sing. pro plur.; id est, anima que habitat in carne, seu corpore. Spiritus omnium corporum hominum.
(Synopsiſ.)

VERS. 9. — *QUIS IGNORAT (1), QUOD OMNIA HÆC MANUS DOMINI FEGERIT? —* VERS. 10. — *IN CÛJUS MANU ANIMA OMNIS VIVENTIS (2), ET SPIRITUS UNIVERSE CARNIS HOMINIS.* Quis, inquit, tam est stupidus atque amens, qui ignoret, aut dubitet hæc omnia à Domino fuisse formata, et ipsius benignâ providentiâ conservari? Qui quâ facilitate fecit omnia, eadem posset universa dissolvere, cum in ipsis manu posita sint, à quâ ut vitam habent, sic etiam interitum timere debent. Ex quâ Jobi sententiâ per se notum est omnia fuisse à Deo facta, nam exploratum est rem nullam posse à se oriri. Siquidem causa et effectus opposita sunt, sive contraria, ut pater et filius. Nam ea, quæ cum aliquo conferuntur, relativè opponuntur; quare in eandem rem convenire non possunt. Non potest igitur esse ut eadem animal à se oriatur, nam causa et effectus in eodem dicerentur. Omnia verò animalia constat esse orta, cum omnia consenscant et occidant. Oportet igitur aliquem esse causarum exitum, nam infinitum esse casuum progressum physici fieri non posse demonstrant. Ad aliquod igitur animal uniuscujusque patrem querendo venire oportet, quòd non ex alio sit animal natum, sed à Deo factum. Terram etiam et

mare ceteraque à Deo effecta esse eadem rationis viâ philosophi cognoverunt. Nec quòd aliqui de hoc dubitaverint, impedit quominus id per se notum et exploratum sit. Nam nonnulli etiam de illo omnino certissimo et apertissimo principio dubitaverunt: *Quodlibet vel est, vel non est.* Multi etiam ligum et lapideum Deum esse putarunt. Siquidem corrupti depravatiq; hominum animi multas absurdissimas opiniones attulerunt. Rectè ergo de iis qui sano sunt iudicio Job dicit: *Quis ignorat, quòd omnia hæc manus Domini fecerit?* Pulchrè ad hoc propositum S. Augustinus, lib. 5 de libero Arbitrio, cap. 25: «Reverâ, inquit, si piè ac diligenter attendas, omnis creaturæ species et motus, qui in animi humani considerationem cadit, eruditionem nostram loquunt, diversis motibus et affectionibus quasi quâdam varietate liguntur undique clamans atque increpans, cognoscendum esse Creatorem.» Idem sanctus doctor, lib. 11 Confessionum, cap. 4: «Eccò sunt cælum et terra, clamant quòd facta sint; mutant enim atque variantur. Quidquid autem factum non est, et tamen est, non est in eo quiddam quod ante non erat, quod est mutari atque variari. Clamant etiam quòd esse ipsa non fecerint, idèò sumus, quia facta sumus.» Non ergo eramus antequam essemus, ut fieri possemus à nobis. Et vox dicentium est ipsa evidentia. Tu ergo, Domine, fecisti ea, qui pulcher es, pulchra sunt enim; qui bonus es, bona sunt enim; qui es, sunt enim. Nec ita pulchra sunt, nec ita bona sunt, nec ita sunt sicut tu, Conditor eorum, cui comparata nec pulchra sunt, nec bona sunt, nec sunt, etc.

(1) Vel, *probat? etc.* Auris, nempe hominis, h. e., mens per aurem; vel, exactum iudicium quòd iis que audiuntur est adhibendum. Est autem auris præcipuum doctrinæ organum. Probat verba, sinitne vel vera, vel consequentia.
ET FACIES, etc. *פָּה*, et *palatum gustat cibos? etc.* Hæc geminâ translatione significatur intellectus humani vis *שְׂמֵרָה*. Hic est *tas* adæquationis, ut Job, 5, 7, et *scintilla*, id est, ut scintilla, etc. *Ut palatum, etc.* *Gustat*, id est, cibi sapore gustu percipit, quis dulcis, quis amarus, etc. Variè hæc sententiam accommodat, 1^o q. d.: Ipsi non sensus ad Dei cognitionem deducunt. Ut sensu corporea, sic mente Deus percipitur, Deique opera intelliguntur. Quis non videt divinam charitatem, etc.? Tam sunt aperta que dixi, quam quæ auribus audimus, et palato gustamus. 2^o Amicos hic taxat, quòd non melius iudicant de administratione Dei, cuius tunc erant documenta. 3^o Sotus carpit, quòd non satis diligenter expendunt à se dicta; sed aliorum ea interpretati essent. Vestrum sanè erat purgatum aures afferre, et de dictis meis probè iudicare, non ita me carpere et contemnere. Vestrum est, qui senes estis, de meo sermone iudicare, sicut palati est, de cibi sapore. Hæc verba repetuntur, cap. 34, 5, ubi sequitur: *Judicium quidvis edimus et in ventrem ingerimus, sed gustu cibum probamus, sic non quicquid in buccam venit evomendum est, sed cum iudicio verba ponderanda sunt. Hoc in vobis desidero; congeritis bonas sententias, sed non examinatis, an ex illis rectè consequatur*

TRIA (a). Hic locus varias admittit explanationes, neque facile est statuere, quanam illarum sit germana, aut que inferis. E contra, mea dicta non ponderatis, sed simpliciter ut insula relictis. Oportet sermonem non temere profanari, sed ad regulam auris et spiritus proliari ac judicari.

(Synopsiſ.)
AURIS VERA DUDICAT, ET FACIES SAPIORUM: quasi dicat: Ut externo sensu statim percipiuntur sensibilia, sic intellecta, si quis velit attendere, facile capiuntur intelligibilia, nempe Dei opera, et operum auctor Deus, maxime in adultâ etate, ut sequitur. Agebat enim jam tum Job annum vite septuagesimum.

(Tirinus.)
Exprobare videtur Job amici suis, quòd se docerent tanquam res novas, ea quæ ita aperta sunt et explorata, ut exploratus est auribus sonus, et faucibus sapor, quicumque auribus, faucibus vel lingua non caret, si facile è sine doctore de hisce fert sententiam. Itaque quicumque est homo mente et intelligentiâ non desitutus, quique religionis aliquid habet, dogmata hæc vestra ignorare non potest. Ipsa per se loquitur natura, testaturque magnitudinem, potentiam, sapientiam Creatoris. (Calmet.)

Sunt qui patent hinc perstringit Job socios, tanquam juniores, neque ita experientis et rerum cognitione valentes. Alii versiculum ad ea referunt que Bildadus supra, 8, 8, dixerat: *Interroga prisca secula, ac te compone ad pervestigationem patrum, ut in eum hæc dirigatur:* Fateor esse in sensibus sapientiam, ut dixisti; est quidem veneranda memoria et sacrosancta patrum auctoritas, verum non tanti esse debet ætas senilis ejusque auctoritas, ut quæ illi contra iudicium veræ doctrinæ et sapientiæ divinæ dixerint, sequamur: est quidem in illis sapientia, sed in his illa non tam dicit esse occulta, ut non ipsa se prodant omnibus, qui cum meliori ingenio medicentur attentionem adhibere voluerint. Deinceps ergo de Dei sapientiâ agit longe magnificentius et apertius quam illi, ea etiam affertens que rara facti Deus sua sapientiâ, quorum sit hominibus ignota ratio, in quibus planè sit admirandus, et in quibus, cessante omni humanâ ratione, Dei sapientiâ planè sit adoranda et suscipienda.

(a) IN ANTIQVIS, etc. *כְּבִדָּה* *בְּיָשִׁיבִים*, *in decrepitis (vel senibus, senectus), est sapientia*, q. d.: Hæc etiam à majoribus acceptimus, quorum sincerum est iudicium. Affero que longe edoctus experientia de Deo cognovi, q. d.: Ego senex sum, etc.; itaque vos doctore. Perstringit Bildadum et Sophorem, tanquam seipso juniores. Confer Job. 50, 1. Per mimas hæc proponit, et respondet verbis Bildadi, cap. 8, vers. 8: Provocatus ad seniores, et ab illis sapientiam esse descendam inculcatis. Est quidem in sensibus sapientia, et veneranda est Patrum auctoritas; non tamen tanta ut quæ illi contra regulam fidei et Spiritus dixerint, sequamur; omnia sunt exigenda ad normam sapientiæ Dei. Est quidem in illis sapientia, sed longe major in Deo. Alii interrogativè reddunt: *An in decrepitis erit sapientia?* Putatisne cum consistere in etate grandævâ? interrogatio vim habet negandi. Confer infra, 52, 6 et seq. Vel sic: Exaggeratio est ab ipsorum etate, etc., q. d.: Cùm per etatem sapere debuissetis, video vos fatuos esse et stupidos in iudicandâ Dei administratione. *יָשִׁיבִים*, vel *יָשִׁיבִים*, plus est quàm vel *קָנִים*, *senex*, vel etiam *זָקֵן* *canis*.
ET IN MULTO TEMPORE, etc. Hebr.: *Et longitudo, (vel, in longitudine, etc.), dicitur prudentia, vel intelligentia. Longa ætas affert peritiam.* *כְּבִדָּה* propriè est certa rei alicujus notitia; *לְבִינָה*, quàm ex eâ cognoscimus alia, et eam ad illa applicamus. Quidam interrogativè, ut prius membrum, legunt: *Et in longævâ prudentiâ?*

(Synopsiſ.)

germanæ propior. S. Chrysostomus et Olympiodorus in Catena sic exponunt, quasi dicat: Sicut ea quæ sensibilia sunt externo sensu statim percipiuntur, ita etiam quæ intelligibilia sunt, modò quis velit animum intendere, intellectu facile capi, qualia sunt Dei opera et eorum auctor Deus; usu præsertim et experientiâ longè ætatis accedente, que Jobo jam tum septuagenario majori defuisse minime videtur. Cui subscribens sanctus Thomas putat hic agi de cognitione Dei, quam homo ex rerum sensibilibus contemplatione et cognitione venatur. *Invisibilia enim ipsius*, inquit Paulus, *à creaturâ mundi per ea que facta sunt intellectâ conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus et divinitas*, Rom. 1, 20. Et quia antiqui multa audierunt videruntque, et aliorum sensuum sunt perciperunt, majorem quàm alii scientiam consecuti sunt; et idèò addit: *In antiquis est sapientia*, etc. Quæ explicatio mihi cum Sanctio maxime placet, quia neque ipsa exortetur à textu, et optimè cum Jobi sensu congruit, qui et creaturis cognosci posse Deum proxime dixerat. Hæc porrò omnia eò spectant, ut intelligant tres illi viri, qui magnam sibi sapientiæ laudem arrogabant, alios etiam attentione minime obinere

rerum humanarum gubernatione, profleret passim, præsertim supra, 9, 22-24. Quia autem adversarij superbè sibi altissimarum rerum scientiam arrogabant, et, quasi ignorare Jobus, illum docerant, ostenderuntque à Deo omnia fuisse fabricata, et alia que divinitus sapientiam et facultatem prædicant, jam Jobus illa non tam dicit esse occulta, ut non ipsa se prodant omnibus, qui cum meliori ingenio medicentur attentionem adhibere voluerint. Deinceps ergo de Dei sapientiâ agit longe magnificentius et apertius quam illi, ea etiam affertens que rara facti Deus sua sapientiâ, quorum sit hominibus ignota ratio, in quibus planè sit admirandus, et in quibus, cessante omni humanâ ratione, Dei sapientiâ planè sit adoranda et suscipienda.

(Rosenmuller.)
(a) IN ANTIQVIS, etc. *כְּבִדָּה* *בְּיָשִׁיבִים*, *in decrepitis (vel senibus, senectus), est sapientia*, q. d.: Hæc etiam à majoribus acceptimus, quorum sincerum est iudicium. Affero que longe edoctus experientia de Deo cognovi, q. d.: Ego senex sum, etc.; itaque vos doctore. Perstringit Bildadum et Sophorem, tanquam seipso juniores. Confer Job. 50, 1. Per mimas hæc proponit, et respondet verbis Bildadi, cap. 8, vers. 8: Provocatus ad seniores, et ab illis sapientiam esse descendam inculcatis. Est quidem in sensibus sapientia, et veneranda est Patrum auctoritas; non tamen tanta ut quæ illi contra regulam fidei et Spiritus dixerint, sequamur; omnia sunt exigenda ad normam sapientiæ Dei. Est quidem in illis sapientia, sed longe major in Deo. Alii interrogativè reddunt: *An in decrepitis erit sapientia?* Putatisne cum consistere in etate grandævâ? interrogatio vim habet negandi. Confer infra, 52, 6 et seq. Vel sic: Exaggeratio est ab ipsorum etate, etc., q. d.: Cùm per etatem sapere debuissetis, video vos fatuos esse et stupidos in iudicandâ Dei administratione. *יָשִׁיבִים*, vel *יָשִׁיבִים*, plus est quàm vel *קָנִים*, *senex*, vel etiam *זָקֵן* *canis*.

ET IN MULTO TEMPORE, etc. Hebr.: *Et longitudo, (vel, in longitudine, etc.), dicitur prudentia, vel intelligentia. Longa ætas affert peritiam.* *כְּבִדָּה* propriè est certa rei alicujus notitia; *לְבִינָה*, quàm ex eâ cognoscimus alia, et eam ad illa applicamus. Quidam interrogativè, ut prius membrum, legunt: *Et in longævâ prudentiâ?*

(Synopsiſ.)

posse quod sibi aut solis aut cum paucis concessum esse arbitrabantur. Quamvis enim ita se res habeat, quod integra et matura ætas multum adierat prudentiæ, tamen est hominibus iudicium à naturâ datum, quo possint de rebus iudicare, licet non multum sint ætate progressi, sicut etiam juvenum aures sermone audiant, et palatus gustat saporem. Quia igitur amici Jobum ad senes et antiquos homines ablegaverant, paulo ante dixit hæc tam plana et perspicua, esse ut non senes et antiquos homines, sed iumenta et volatilia satis sit interrogare; nam ipsa de huiusmodi nos rebus docebunt, quæ ita patent et in promptu sunt, ut ea quæ sub aures, palatum et alios sensus cadunt; ideòque non opus sit eâ sapentiâ, quæ in antiquis reperitur et longo tempore comparatur, sed mente et ratione tantum, quæ in singulis hominibus reperitur. Quid autem homines, diùm creaturas interrogant, dâdicent, statim explicat dùm ait, quid ex variâ creaturarum naturâ atque operatione, et rerum omnium admirabili ratione concepta, de illarum sapientissimorum atque potentissimo architecto cognoverint; et ideò subditi:

VERS. 15. — APUD IPSUM EST SAPIENTIA ET FORTITUDO, IPSE HABET CONSILIUM ET INTELLIGENTIAM. Hæc est conclusio, quam ex naturæ principis demonstravit esse planissimam et omnibus per se notam. Vis autem rationis à Jobo contexta est ejusmodi: Paulo ante dixerat in Dei manu omnem animam esse, ex quo suaviter ducitur argumentum ad asserendam Dei sapientiam. Si enim ipsemet Deus sensibus hominis, à quibus petitur cognitionis origo, contulit virtutum ad objecta discernenda, si post eam rudem sensuum cognitionem homines ætate provectos per intellectus exercitum multiplicemque rerum observationem ad insignem sapientiam speculando et eximiam prudentiam agendo promovit, porro asserendum est largiorem sensitivâ ac intellectuali, speculari ac practicæ notitiæ eâ perfectione minime carere; quin potius asseverandum sublimissimâ sapientiâ, fortitudine, consilio, intelligentiâ prestare sapientiâ, quæ pervenit, efflere valeat; consilio, ut miris ac prudentissimis modis omnia flectat quo velit; intelligentiâ, sive intellectuali visu perspicacissimo, ut omnia creata circumspiciat penetretque, neque extra providentiæ suæ metas aberrare permittat.

Mysticâ, sapientiâ, fortitudo, consilium et intelligentiâ quatuor sunt equi, qui currum triumphalem divinæ providentiæ trahunt, ante quem currum captivi in triumphum aguntur, et toti mundo spectandi ridebantque proponuntur superbi consilarii, in justis iudices, impii reges, inglorii sacerdotes, de quibus agit versibus sequentibus. Ita Tiranus noster.

Ceteram ad sensum Jobi, hæc imprimis mundi insatiabilis pulchritudo, in quâ tanta est omnium rerum et concinna in maximâ varietate composita et insignis ornatus, sæ declarat magnitudinem sapientiæ, quam esse in artifice oportuit. Quo maxime mo-

do cum antiqui divinæ mentis cognitionem non leviter percepissent, hymnis et præconio suo Demiurgum celebraverunt, quem eâ de causâ Philo *πρωτογενος, originem præditum sapientiâ*, nominavit, Pindarus *αρχηγου, præstantissimum artificem*. Magnificentibus Areopagita Dionysius, cap. 3 de divinis Nominibus, cum eandem sapientiam titulis multis clarissimis exornat, vocat *βρισησορον σοφιας, sapientiam omni sapientiâ superiorem*. E naturæ autem operibus, ut notis vestigiis, licet illam aliquâ ratione intelligere; nam omnia, quæ mundi complexu tenentur, in numero, pondere et mensurâ confecti, hoc est, eo molimine sapientiæ, eâ consilii luce et mirandâ moderatione, quâ major cogitari nequit. Et quemadmodum videmus solem naturæ suæ bonitatis radios undique spargere suos; et caloris sui divitiis ultrò fundere, sic immensa illa sapientiâ infiniti sui luminis scintillas mittit, et undique universum beat; ab illâ, ut uberrimo et copiosissimo fonte, omnes artes, et recondite scientiæ, atque arcana et magnificæ ingeniorum vis profudit. Quam ob causam matrona illa nobilis parens Samueli divino instinctu *Deum ætatiarum* nuncupat. Ab illâ ordo in omnibus, et mirabilem operum pulchritudo, et velut in concertu symphonîa, omne artificium et admirationem superans, manavit. Itaque S. Paulus *multiformem sapientiam Dei* prædicat, Ephes. 3, 10. Et David cantu extollit *eius adinventiones*, vel, ut verit Symmachus, *περὶ σφαιρα, machinamenta*, excogitationes rerum mirabiles, multitudine inauditas, quas non nisi interminata Numinis sapientiâ potuit concipere. Cùmque sint in hæc universitate tam diverse rerum species naturâ et genio dissimiles, in quibus tanquam in ingeniorum teatro curiosissimè spectandis ita philosophi aliique intelligentes viri elaboraverunt, ut nihil aptius atque perfectius excogitari posse faterentur; tum maxime in hominè illius sapientiæ lucem animadvertent singularem, quam mirari satis non potuerunt. In structurâ humani corporis illi medicorum et physici obstupescunt, in quo vident partes omnes tum situ, tum proportionem, tum connexionem inter se, atque sua mirabiles. In capite velut in arce collocantur sedes et domicilia sensuum nobilissimorum; et in summo vultu vigiles oculi, quorum tanta est celeritas, ut temporis puncto milliarum octoginta miliones conficiant: quantum videlicet spatium esse inter terram et stelliferum cælum mathematici aiunt. Et huiusmodi quidem parium admirabilitatem cum aliis multis eloquentiæ princeps copiosè exponit, lib. 4. Quæstionum academicarum. Si verò in animam ipsam ingrediamur, et pervideamus vim ingentem memoriæ, arcanos intellectus splendores et infinitum acumen, dominantium voluntatis, qui nullâ vi aut violentiâ frangi potest, faciliè viderimus in opificè tanti operis sapientiam potentæ æquari.

De hæc autem divinâ potentâ, quam hoc loco Job fortitudinem appellat, quid dicam? cum Regius ipso psaltes illius admiratione percussus clamet, Psal. 105, 2: *Quis loquetur potentias Domini?* vel, ut est in

Chaldeo, *quis poterit eloqui fortitudines Domini?* Ita vocat opera mirabilia et gloriosa, ad quæ necessaria est immensa quædam potentia atque fortitudo. Ut ergo illam ex hoc apparatu aspectabilis mundi cogitando saltem quadantibus attingere valeamus (nam comprehendere penitus atque intelligentiâ consequi non est humanæ imbecillitatis), quis non obstupescat, attonitusque degatur, si diligenter apud se reputet dolabam illam manum Demiurgi, quæ partes mundi tam varias, tamque inter se dissimiles, tam concinno ordine construere, tantâ facilitate machinari poterit? Nihil dico de vastitate Oceani atque terræ, quæ innumerabili copia rerum abundant; nihil de aere in ea spatia diffusio, quæ non tam oculis quam ratiocinatione metiri licet: orbes cælestes intueamur, de quorum vi, luce, efficientiâ doctissimi viri sui commentariis prodiderunt, et tantisper hæcemus in granditate, quæ est ejusmodi, ut cogitantis mentem suâ magnitudine conturbet atque obruat. E stellis ipsis conjectura capi potest, quæ sunt posite in firmamento, quæ cum nobis videantur non lucernæ igniculo majores, ipsum tamen terræ globum, quantum quantum est, multis partibus, ut mathematici docent, exsuperant. Cùm igitur stellæ singulæ tam sint grandes supra hominum fidem et omninam opinionem, sicutque in eodem cælo propè infinitæ, adeò ut divinæ litteræ nullo humano ingenio atque industria numerari posse confirmet; ipsum cælum tot et tantis velut clavis aureis distinctum, quod infinitis orbis terrarum magnitudinem continet, quantum erit! Profunditas autem et crassitudo cùm latitudinè illi extremitative respondeat, sanè consequitur tantam esse operis molem, et fuscum in omnes partes magnitudinem, cujus notionem vix hominum mentes adumbrare queant. Accedit, quòd cum illâ tam immensi tamque obstupescendâ magnitudine sit conjuncta etiam incredibilis eorumdem corporum in motu celeritas, de quâ viri sapientes, qui res eas accuratissimè dimensi sunt, cùm in conventu populari disputant, vix obtinent fidem. Nam stellæ in octavo cælo, quæ sunt posite circa æquinoctialem, tantâ rapiditate feruntur, ut singulis horis quadraginta duo leucarum miliones aut etiam plures pereurrant. Tanta igitur illa est futura celeritas, ut eo motu atque incitatione intra spatium salutationis Angelicæ terra omnis septies circum possit. Hinc sapientissimi quidam scriptores consequi aiunt, si stella una ex omnibus, quarum minima aspectu notabilis totâ terrâ major est, in aere tanto impetu moveretur, fore ut urbes et palatia ruerent, imò ipsi montes, rupes, Oceanus dissiparentur in pulverem, cùm tantam vim rapidamque tempestatem ferre non possent. Supra verò stellatum cælum alii sunt orbes longè vastiores, et omnium ultimos empyreus, cujus amplitudinem vix ullius cogitatio percipiat. In supremâ illius parte sunt beatorum sedes atque palatia, in quibus in omnem æternitatem cum Deo regnabunt. Docent autem theologii quidam et divinarum litterarum explanatores, Deum ut optimum et potentissimum metatorem, singulis beatis distinctum in ipso cælo domicilium tribu-

rum; unde quemadmodum innumerales propè sunt beati ævo semper fruentes, sic necesse est in cælo ea spatia esse infinita, in quibus divi illi indigetes maneat. Quare si Deus juberet angelum, ut Ezechielem olim templum, ita celi empyrei superficiem, quæ ora ultima est et mundi hujus determinatio, funiculo metiri et circumcingere, tam longum tamque infinitum illum esse funem oporteret, ut toto hoc spatio, quod terram inter atque cælum interjectum videmus, contineri posse non videretur, ut ex astrologorum sententiis colligit Cresollius, Mystagogi lib. 5, cap. 9.

Hanc autem substructionem è tantâ illustrium rerum admirabilitate constantem ipse pollens architectus non totâ manu mirabilium effecit, sed, ut miratur Isaïas, c. 40, v. 12, digitalis tribus sustinet. Itaque ridiculi sunt è profanis Cosmopoliæ interpretes, qui Atlantem cælium inducunt. Impia quoque Manichæi stultitia, qui aiebat (ut verbo utar Epiphani, hæresi 60) *αυαροβου, bajubum* esse nescio quem terram omnem suis humeris sustinentem, qui trigiesimo quoque anno ab humero uno pondus in alterum transferat, unde terzæ motus existant. Solus ipse Demiurgus totam hanc molem nutu et voluntate continet; quam, si vellet, posset uno momento in nihilum redigere. Unde subditi:

VERS. 14. — SI DESTRUXERIT, NEMO EST QUI EDIFICET; SI INCLUSERIT HOMINEM, NULLUS EST QUI APERTAT (1). Destruere et non edificare aliquos, idem est quod excindere illorum genus, familiam, domum, nec propagare, nec prosperare; vel etiam non permittere, ut conspirantes inter se homines, præsertim impii, tanquam coagmentati in morem ædificii amplius cohererant et consistent, quemadmodum de his dicitur, Psal. 27, 5: *Quoniam non intellexerunt opera Domini, et in opera manuum ejus destruxerunt illos, et non edificabunt eos*. E contra bonis per Jeremiam, cap. 42, v. 10, promittit Deus: *Si quiescentes manseritis in terrâ hæc, edificabo vos, et non destruaum, id est, propagabo, prosperabo, non perdam, non destruaum*. Quo sensu dicitur in Exodo, cap. 1, v. 21: *Quia timerunt obstretices Deum, edificavit eis domos, id est, reddidit fecundas, felices, opulentas*. Verbum ergo *edificandi* generatim accipitur pro quæcumque prosperitate, vel speciatim pro florant generatione, quæ passim in Scripturis Hebræicâ phrasi ædificatio nuncupatur; sicut è contra verbum *destruendi* in genere de quocumque exterminio aut ruinâ tant temporali quam spiritali, vel magis specialiter de morte filiorum sumi potest, per quam domus edificata destruitur; quo sensu etiam *inclusio* pro sterilitate, et *aperto* pro fecunditate accipitur. Quasi dicit Job: Placuit Deo domum meam per mortem omnium filiorum meorum destruire; si hoc ita permanere statuerit, nunquam

(1) Vel potius: Si in patrocinium et custodiam suam aliquem exceperit, nemo ilium eripiet, nemo vim inferet. Paris est potentia hostes suos ita detinere in custodia, ut nemo eripere illos valeat, et amicos suos ita defendere, ut nemo vim illis inferre possit. Utrumque Deus pro arbitrio præstat. (Calmet.)